

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Exemplum g  
cum fonte primo

Volancia animalia se uicissim feriunt alis suis  
quia sanctorum mentes in eo quod superna appetunt,  
consideratis inuicem alternis uirtutibus excitantur.  
Ala enim sua me percutit  
qui exemplo sanctitatis me ad melius accendit;  
et ala mea uicinum animal ferio,  
si aliquando alteri opus bonum quod imitetur ostendo.

Gregorius libro XXIII. moralium.

Volantia itaque animalia alis suis se uicissim feriunt,  
quia sanctorum mentes in eo quod superna appetunt,  
consideratis inuicem alternis uirtutibus excitantur.  
Ala enim sua me percutit,  
qui exemplo sanctitatis propriae me ad melius accendit.  
Et ala mea uicinum animal ferio,  
si aliquando alteri opus bonum quod imitetur ostendo.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 24.8  
(CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1202, ll.163-168).